

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Compendium theologicae veritatis**

**Pseudo-Albertus**

**[Straßburg], 1489**

Incipit Liber sextus

[urn:nbn:de:bsz:31-310125](#)

# Liber quintus

hoc valuerit q̄ renocetur pndore. vnde dicit: q̄ si nec illos audierit dic ecclesie. si nō ecclesiam sit tibi sicut ethnicus z publicanus. i. excommunicari debet. z sic denunciari. Sane predictus ordo fraterne correctio/ nis intelligitur tantū de criminalibus qz de culpis communib⁹ solent claustrales se in suis capitulis accusare non premissa admonitione. Verum tamen accusans as/ lium: caueat diligenter. ne hoc faciat ad in/ famandū: sed ad corrigendum. quoniā. si quis ex deliberatione contraria ficeret: mor/ taliter peccaret.

Explicit liber quintus

Incipit prologus sexti libri.

**O**leistis medicus/humanī gene/ ris reparator tali modo sanauit egrotum: sicut optime compe/ rebat egrotanti z egritudini: et occasiō egrotandi: z ipsius egritudinis curationi. Egrotus igitur homo ē. Morbus autem originalis culpa est. Origore istius culpe licet principaliter fuit ex eo sensu rationis: occasionem tamen sump/ sit ex sensibus carnis. Ad hoc ergo q̄ me/ dicina responderet morbo: oportuit q̄ nō tantum esset spiritualis: verum etiam ali/ quid haberet de sensibilibus signis: vt si/ cut sensibilia signa fuerūt anime occasio labendi: ita essent ei occasio resurgendi. Propterea medicina nostri vulneris con/ sisteat in ecclesiasticis sacramentis

Incipiunt tituli Sexti libri

|   |       |
|---|-------|
| Diffinitiones sacramenti                  | i.    |
| De institutione sacramentoꝝ               | ii.   |
| De effectu sacramentoꝝ                    | iii.  |
| De numero sacramentoꝝ                     | iv.   |
| De dispensatione sacramentoꝝ              | v.    |
| De caractere z iteratione sacramentoꝝ     | vi.   |
| De differentia sacramentoꝝ.               | vii.  |
| De baptismo.                              | viii. |
| Decathezismo z exorcismo                  | ix.   |
| De confirmatione eucharistie.             | x.    |
| De sacramento eucharistie                 | xi.   |
| De dignitate eucharistie z de mirabilibus |       |

|   |         |
|---|---------|
| in ea                                       |         |
| De effectu eucharistie                      | xii.    |
| De sumentibus eucharistiam z modo su/ mendi | xiii.   |
| De abstinentiar communione                  | xv.     |
| De officio misse                            | xvi.    |
| De negligentib⁹ que siunt in missa          | xvii.   |
| De sacramento penitentie.                   | xviii.  |
| De qualitate penitentie                     | xix.    |
| De effectu penitentie.                      | xx.     |
| De partibus penitentie in com/ muni         | xxi.    |
| De contritione.                             | xxii.   |
| De confessione                              | xxiii.  |
| De qualitate z effectu cōfessionis          | xxiv.   |
| Eiū debeat fieri confessiones               | xxv.    |
| Designo confessionis                        | xxvi.   |
| De satisfactione                            | xxvii.  |
| De partibus satisfactionis in com/ muni     | xxviii. |
| De singulis partib⁹ satisfactionis          | xxix.   |
| De iustificatione impi⁹                     | xxx.    |
| De penitentia venialium                     | xxxi.   |
| Per quod dimittatur veniale                 | xxxii.  |
| De extrema unctio.                          | xxxiii. |
| De sacramento ordinis                       | xxxiv.  |
| De qualitate ordinandorum                   | xxxv.   |
| De ipsa ordinatōne                          | xxxvi.  |
| De matrimonio                               | xxxvii. |

Explicitunt tituli sexti libri

Incipit liber sextus. De diffinitione sa/ cramenti. Capitulum I.

**S**acramen/ tum est: vt ait augu/ stinus: inuisibilis/ gracie visibilis for/ ma. Hec diffinitio/ generalis est: z co/ uenit sacramentis/ tam noue legis: q̄ veteris. quia tam il/ la q̄ ista sunt ex similitudine representati/ a. z institutione significantia. Scđm au/ tem q̄ eadem diffinitio conuenit sacra/ mentis noue legis: sic supplenda est ita vt eius/ similitudinem gerat: z causa existat. q̄ nō

Quod sit sacramentum sc̄i  
multiplex

# Liber sextus

Solum ex similitudine representant: vel ex institutione signant: sed etiam ex virtute divina sanctificant et gratiam conferunt. per quam anima curatur ab infirmitatibus viciorum. Et hoc est quod augustinus insinuat in alia definitione dicens. Sacramentum inquit est illud: in quo sub tegumento rerum visibilium divina virtus salutem secretius operatur. Est et tercia definitione hugonis: de sancto victore: qui ait. Sacramentum est materiale elementum: extrinsecus oculis suppositum. ex institutione significans. ex similitudine representans. ex sanctificatione aliquam gratiam inuisibilem conferens. Tria tangentur in ratione sacramenti stricte et proprie accepti. Primum est naturalis similitudo ex qua habet aptitudinem signandi. Secundum est actualis institutione: ex qua habet ordinationem determinatam respectu huius signati. Tercium est spiritualis sanctificatio: ex qua habet virtutem efficiendi illud signatum. Item dicit augustinus: quod sacramentum est sacramentum rei signum. Illud autem non est diffinitio: sed potius est etymologia sacramenti.

## De institutione sacramentorum

**C**apitulum II  
Sacramenta legis gratie christus instituit tamquam noue legis lator: in qua vocavit ad premia: dedit precepta. instituit sacramenta. Et christus enim verbum patris: cum sit summe virtutis. summe veritatis et summe beatitatis. Rodebonus promisit premia beatificantia. Ratione veritatis dedit precepta dirigentia. Ratione virtutis instituit sacramenta ad suauitatem: ut sic per sacramenta raperetur virtus ad implenda precepta. et per precepta veniatur ad premia. Instituit autem christus sacramenta in verbis et elementis ut ait augustinus. accedit inquit verbius ad elementum et sic sacramentum. Et est ibi elementum pro materia. et forma verborum pro forma. Ad hoc vero instituta sunt sacramenta in verbis et elementis ut habeant evidenter et apparenter significandi quia dum ele-

menta oculis. et verbace aribus offerunt qui sunt duo sensus precipue cognosciti: ut datur evidenter significatio. deinde verba signant elementa ut plenior: siat humanae curationis efficacia. Instituit autem deus sacramenta diversimode. Quemadmodum scilicet ante adventum suum. ut matrimoniū et penitentiam. sed hec duo confirmavit et consumauit in lege euangelica dum penitentiam predicanit. et nuptias inferuerunt. Alia quinq[ue] sacramenta solus christus nunciantur. Confirmationem quidem manum parvulis imponendo Unctionē vero discipulos ad curandum mittendo. qui infirmos ungabant oleo. sicut dicitur in Marco Baptismum suscipiendo. des inde formam dando. Ordinem vero primo potestatem ligandi et soluendi tribuendo et confiando altaris sacramentum.

Eucharistiam autem comparando se gratiano synapis. et confiando ac dando discipulis suis imminente passione sacramentum corporis et sanguinis. Instituit autem sacramenta multiplici de causa. Primo propter humiliationem qua homo querit salutem in inferioribus se. Secundo propter eruditionem quod homo per visibilia ad cognoscenda inuisibilia rapiatur. Tercio propter exercitationem qua noctiam homo declinet occupationem et otium. Quarta est propter congruitatem medici ad medicinam. quia cum medicus sit deus et homo congruerter medicina continere debet aliquid divinum. scilicet inuisibilem gratiam et aliquid humanum. scilicet visibilem gratiam formam. Quinta congruitas ex parte infirmi quia cum infirmus sit homo constans ex corpore et spiritu. Spiritus autem in corpore non bene capi: spiritualia nisi in corpore congruunt sicut dare medicamenta spiritualia in rebus corporalibus. sicut pillule in nebula. Sexta propter augmentum meriti. Multum enim valet ad meritum quando deo creditur in his ubi humana ratio non prebet experimentum. Pater ergo ex predictis. que sit sacramentorum causa efficiens. quia diuina institutio. Quae formalis: quia gratie sanctificatio. Quae finalis: quia humanae infirmitatis curatio.

*Cyprianus*  
*sacramenta*

*separatio in partibus*  
*dei sacramentorum*

*Constitutus deus*  
*formatus gratie sanctificatio*  
*finalis curatio*

## Liber sextus

Sicut  
Quod Iustificat  
Gaudet  
munda  
Sacramenta  
Sanctiora

De effectu sacramentorum  
Capitulum III.

Ffecit sacramentorum noue legis multi  
plex est. Primo: a peccato mundatur.  
Secundo: in bono confirmant.  
Tercio: corpori christi mystico incorpo-  
rarentur. Quarto: iustificant. Quinto: ad  
futuram vitam preparant. Sexto erudi-  
endo illuminant. Septimo: a malo pre-  
seruant. Ista patentes et nota sunt in septem  
sacramentis per ordinem. Nam primum  
operatur baptismus. Secundus vero operatur  
confirmatio: et sic de alijs. Sacra-  
menta dicuntur gratie vasa et causa: non quod in  
eis gratia aliqua substantialiter contineatur:  
vel causaliter efficiatur. cum in sola anima habeat collocari: et a solo deo in ipsa  
infundi. Sed quia in illis et per illa gratia  
in curatione a summo medico. Ehi-  
sto oportet hauriri: licet non alligauerit  
potentiam suam sacramentis: quin et per  
alias vias gratiam suam conferre valeat:  
cum voluerit. Sacra-  
menta semper ha-  
bent significationem veritatis. sed non  
semper efficaciam curationis. non prop-  
ter defectum ex parte sui: sed ex parte sus-  
cipientis: quia gratia nulli datur repug-  
nanti et impugnanti fontem gratiae. Unde et  
sacra-  
menta non sanctificant: nisi ac-  
cedentes digne et absq; omni fictione su-  
sciperint. Nonnulli cum virtute sacra-  
mentorum sit de attrito contritus: ita quod defec-  
tus dignitatis vel preparationis ex par-  
te suscipientis suppletur virtute diuina in  
sacramentis: dummodo non accedat sci-  
ens in mortali vel proposito peccandi.  
Unde sciendum. quod quidam suscipiunt sa-  
cramentum tantum: ut fiche accedentes.  
Quidam rem tantum. qui per contritionem  
et fidei devotionem recipiunt gratiam pri-  
usq; veniunt ad sacramenta. Quidam su-  
scipiunt et sacramentum et rem: ut digne  
accedentes. Sacra-  
menta dicitur a sa-  
turando. Et hoc potest fieri tripliciter.  
aut sanctitatem efficiendo tantum. aut si-  
gnificando tantum. aut simul efficiendo  
et signando. Primo modo conuenit ratio  
sacramenti rebus signatis per sacramen-  
ta tam veteris qd noue legis. Secundo mo-

do conuenit signis veteris legis. Tertio  
modo conuenit sacramentis noue legis.  
Huius exemplum habemus in naturis.  
quia medicina dicitur sanare efficiendo  
tantum. sed verna sanat indicando tanum.  
Ereticatio vero sanat efficiendo et signan-  
do. Quinq; sunt que animam iustificat.  
sed diversimode. Deus enim iustificat au-  
toritati. Gratia iustificat formaliter,  
pellens morbum spiritualem. Impletio  
mandatorum iustificat ut dieta. Sacra-  
menta vero tamq; vasa medicinalia: in q;  
bus confertur gratia. sacerdos autem in  
ministerio. Exemplum horum habemus in  
curatione morbi corporalis. Deus enim  
sanat corpus auctoritative: medicina ve-  
ro effectu. dieta: conservatiue. vas medi-  
cine contentiu. ut dicitur vulgariter. pater  
is ista sanavit me: medicus vero: sanat ut  
minister

De numero sacramentorum  
Capitulum III.

**S**acra-  
menta noue legis sunt septem  
scdm diversitatem hominum in  
ecclesia. Primum est intrantium.  
ut baptismus. Secundum pugnacionis  
et confirmationis. Tercium: vires resumen-  
tium. ut eucharistia. Quartum resurgenti-  
um. ut penitentia. Quintum: exequientium.  
ut extrema iunctio. Sextum ministrandi  
ut ordo. Septimum nouos milites in  
troducentium ut matrimonium. Sa-  
cra-  
menta figurata sunt in septem signa-  
lia. quibus fuit veteris legis pagina sigil-  
lata. que agnus: qui habet clavem dauid  
qui claudit et nemo aperit: reseravit. Item  
in septem tubis quibus angeli cecinerunt  
milis filio hominis in dextra sua. Item  
in septem panibus quibus dominus sur-  
vnum lapidem. Item in septem oculis sup  
tabernaculi suppositis candelabro. Item  
in septem circuicionibus iericho. Item  
in septem lotionibus naaman in iordanis  
ad septem virtutes habendas. Nam bap-  
tismus est sacramentum fidei. confirmatio  
speci. Eucharistia charitatis. Penitentia

Mulierem et anno rui sacramentum  
Mulierem regem et numerum

Septem effectu sanar  
memores et respes-  
sentes. A. Yana

Quatuor gradus

De actus contritu

Dicitur secundo et  
tertio.

## Liber sextus

Iusticie. extrema vncio perseverantie. que est fortitudinis complemetum. ordo prudenter. matrimonium temperantie. Alia est ratio numeri sacramentorum. quia ordinatur contra triplicem culpam. et contra quadruplicem penam. Unde baptismus ordinatur contra peccatum originale. penitentia contra mortale. extrema vncio contra veniale. Ordo contra ignorantiam. eucharistia contra maliciam. Confirma-  
tio contra impotenciam. matrimonium contra concupiscentiam quam temperat et excusat. Alia est ratio numeri. quia sacramenta sunt cause sanative morbi spiritu-  
lis ad medelam corporalium. Medicina vero corporalis quadruplicest. scilicet curati-  
ua. conservativa. preservative. meliorativa.  
Simili modo et sacramenta curant. baptismus enim curat simul: et totaliter. Penitentia vero culpam curat paulatim: quantum ad penam: quousque nullius pene homo debitor sit. Extrema vero vncio curat a morbis leuioribus: scilicet a venialibus sicut et baptismus et penitentia curant a morbis letalibus. Sicut ergo predicta tria sa-  
cramenta sunt quasi medicine curative. confirmatio est medicina conservativa sa-  
nitatis spiritualis. in qua datur spiritus sanctus ad robur. et ad conservationem gratie date in baptismo. Matrimonium est medicina preservative. ordo est medici-  
na meliorativa. in quo augmentatur gra-  
tia. eucharistia hec omnia simul facit. cu-  
rat enim venialia: que sunt ruine occasio-  
maioris. Conservat etiam gratiam innuen-  
tam in homine. et augmentat. Sicque meli-  
orat. et nibilominus a peccato preservat.

De dispensatione sacramentorum.

### Lapitulum V.

**D**icitas dispensationis sacramen-  
torum: regulariter spectat solum  
ad genus humanum. In om-  
nibus autem sacramentis dispensatio  
necessaria est in dispensante intentio: qua  
quis intendat facere quod christus insti-  
tuuit ad humanam salutem. vel saltet face-  
re quod facit ecclesia in quo clauditur in  
generali intentio predicta. quia ecclesia si-

cut sacramenta a christo accepit: sic ad si-  
deliu[m] salutem dispensat. Rursum. quia or-  
do dignitatis erigit: ut maiora maioribus  
minora minoribus comitantur. quedam  
respiunt excellentia dignitatis. ut sacra-  
mentum confirmationis et ordinis. unde co-  
feruntur ab episcopis. quedam vero respi-  
ciunt indigentia necessitatis. ut baptismus  
et matrimonium: quozlibet regenerat alterum  
vero generat. et horum dispensatio etiam p-  
sonis inferioribus conceditur maxime in  
articulo necessitatis. quod dico ratione bap-  
tismi. Quedam autem sacramenta sunt quasi  
media. ut eucharistia et penitentia et vncio  
extrema. Et istorum dispensatio ad solos po-  
tinet sacerdotes qui sunt quasi in medio in  
ter episcopos et minores personas constitu-  
ti. Sacramenta dispensari possunt a bo-  
nis et malis. a fidelibus et infidelibus. in-  
tra ecclesiā et extra ecclesiā. qr si dispensari  
possit tantum a bonis nullus est certus de  
susceptione sacramenti. cum nullus sit certus  
de bonitate ministri. sicut nec de propria  
et ita sepe oportet iterari sacramenta. et  
malitia viuis hominis preiudicarer salu-  
ti alienae. Idcirco sacramentorum dispensatio  
comittitur homini non ratione sanctita-  
tis. que variatur. sed ratione auctoritatis  
que semper manet quantum est dese. Sci-  
endū autem qr sacramenta quedam habent  
substantialia. quedam vero sacramenta  
lia. quālibet aut ad substantialia non plus va-  
let operatio boni ministri q[ui] mali. qr deus  
ibi operatur ut auctor. homo ut minister.  
Sed in sacramentalibus sicut sūi orōnes  
plus potest valere oratio boni q[ui] mali. hoc  
autem est per accidens non per se. i.e. q[ui] ad ef-  
fecus accidentales: non quālibet ad essentia-  
les. Quāvis ergo apud hereticos sint sa-  
cramenta vera: non tamen recipiētibus utilia  
nisi ad ecclesie redeat utilitas. Unus angus.  
Ecclesia comparatur paradiſo indicat posse  
baptismū boies foris accipere: sed salutem  
non tenere: nam et flumina de paradiſi fon-  
te foris largiter manauerūt. nec tamen in me-  
sopotamia nec in egipcio quo illa flumina  
p[ro]uenierūt est felicitas vite que de paradiſo  
commoratur.

Intento necessaria est in dispe-  
nsione sacramentorum?

Triple gradus d[omi]ni  
primum  
secundum  
tertium  
quarto

Ratio dispensationis  
est omnia in  
penitentia

In quibus Genua missa  
per finem et in mo-  
dum libellus folio

# Liber sextus

## De charactere et iteratione sacramentorum Capitulum VI

**S. 1.** *Tres lures sunt  
concretes, et  
eorum pectora*  
**¶** *De triplex est status fidelium in aie  
ecclesiastice ierarchie. scilicet fidei  
genite, fidei roborate, fidei multipli-  
cate. Secundum sit distinctio fidei  
ab incredulis in baptismo. Tertium  
sit distinctio fortium ab infirmis.  
et hoc in sacramento confirmationis. Tercium  
sit distinctio clericorum a layis  
per sacramentum ordinis. Hinc est quod hec  
tria sacramenta characteres imprimit: p  
quos indelibiliter impressos: semper di-  
stinguuntur de nullatenus iterari possunt.  
Character igitur baptismalis est incipien-  
tium confirmationis proficiunt. sed  
ordinis est perfectiorum. Predicatio triple  
distinctio fit ad similitudinem distinctio-  
nis alicuius exercitus. Prima est com-  
munis: secundum rotius exercitus ab alio exerci-  
tu. Et hoc sit hic specialiter per baptismum.  
Secunda est specialis secundum militum a popu-  
laribus. hoc autem sit per confirmationem.  
Tertia est specialissima: secundum ducum ab y-  
tricis. et hoc sit per sacramentum ordinis.  
Præterea quia character est signum distin-  
ctum speciale indelibile. ideo non con-  
fertur in sacramentis que solent iterari. si  
cui est et penitentia matrimonium: et hu-  
iusmodi. Nonandum eriam quod character ba-  
ptismalis est fundatum omnium ca-  
racterum aliorum. ideo illo non habito non  
possunt ceteri characteres imprimi. et per hoc  
oportet de novo fieri: ut illi characteres ha-  
beantur. Unde si quis ordinatur non bapti-  
tatus: nihil prouersus agitur. Quoniam tria  
sacramenta: ut dictum est: per characteris  
impressionem: non iterentur: tamen com-  
mune est hoc omnibus non iterari super  
eandem personam et materiam et ex eadem  
causa. Et hoc est ideo ne fiat contumelia sa-  
cramento. ex hoc enim credi posset quod:  
sacramenta prius dispensata fuerint ineffi-  
cacia et inepta. Quedam sunt de sacra-  
mentorum substantia. Quedam de congruen-  
tia. sive que de substantia sunt obmissae  
euacuant sacramenta. et sunt iteranda.*

*De triplex est status fidelium  
sacramentorum*

*Quae sunt lures  
de communione*

Obmissio vero illorum que sunt de con-  
gruentia non euacuant sacramenta

## De differentia sacramentorum. Capitulum VII

**R** initio constituta sunt sacra-  
ta ad curationem hominum: et sem-  
per cum morbo cucurrerunt. In  
lege enim nature fuerunt oblationes. sa-  
crificium. et decimationes. In lege autem  
scripta introducta est circumcisio. et adiu-  
tia est expiatio. atque superaddita oblatio. de-  
cimatio. et sacrificiorum multiformis di-  
stinctio. In lege autem noua institutiona sunt  
sacra nuptio pauciora. utilitate potiora. vir-  
tute efficaciora. et preminetia digniora. atque  
significatione evidentera. In quibus estimple-  
tio simul et euacuatio omnium predictorum.  
Sicut dicit Hugo de sancto victore. pri-  
mi temporis sacramenta fuerunt sicut um-  
bra. medij temporis: sicut imago. postre-  
mit temporis: scilicet gratia. sicut corpus.  
quia intra se veritatem continet et gratia  
quam significatione representant et presen-  
tialiter conferunt: ac promittunt. Prede-  
cipit. quia eiusdem mundationis si-  
militudo in oblatione legis nature: sed oc-  
culi innenitur. In circumcisione vero euiden-  
tia exprimitur. per baptismum autem ma-  
nifestius declaratur. Item sacramenta ve-  
teris legis nutriti parvulos. exercebat  
perfectos. et duros onerando domabant.  
Sed sacramenta noue legis conservunt  
quod vetera de longinquo monstrabant.  
Unde priora sacramenta preparauerunt:  
et perduerunt ad noua: sicut via ad termi-  
num: sicut signum ad figuram: sicut figu-  
ra ad veritatem. et sicut imperfectum ad  
perfectum. Est et alia differentia. quia com-  
mune est omnibus sacramentis: quod consi-  
stant in rebus sensibiliibus: invisibilis  
gratiam significantibus. Sed speciale est  
in sacramentis noue legis: quod consistat eis  
am in verbis. Item sacramenta noue le-  
gis efficiunt quod figurant. sed hoc non  
faciunt sacramenta veteris legis: sicut delogin  
quo monstrabat. Ita sacra noue legi iustifi-

*Sextuplex est status sacramentorum  
de triplex. Rego*

## Liber sextus

cant quantum ad opus operans: et quantum ad opus operatum. sed veteris legis sacramenta iustificabant solum quantum ad opus operans. quia non valebant facientibus nisi quantum se illoz charitas et deuotio fidei excedebat. Iste non intelligit de circuncisione quod cum non fuerit in legedata. neque in ter legalia putat. quia ipsa iniquitas tollerat originalis et gratia conferebat. quod non faciebant sacramenta legalia. Item in legge distinguebat circuncisio populus dei ab aliis genibus. sed nunc distinguere character baptismalis. Item legalia secundum augustinum fuerunt ante passionem domini vita. et statim post passionem mortua. et postquam claruit veritas euangelii sunt sepulta. Hoc raveri sacramenta usque ad finem mundi semper suo vigore manebut.

**B**aptismo. Capl'm VIII  
Baptismus est ianua omnium sacramentorum. quia nulli confertur ante ipsum in ecclesia aliquod aliorum.  
De substantia baptismi sunt quinq.  
Primum est expressio forme vocalis a domino institute. que est hec. Ego te baptizo in nomine patris et filii et spiritus sancti. absque obmissione vel additione de nominis absque propostae ratione ordinis. et absque commutatio nomine. His enim quatuor modis forma verborum violatur. scilicet obmissione. additione. transpositione. et commutacione. scilicet si ponitur loco patris et filii et spiritus sancti. scilicet non potenter. sapienter. et benigni. quod in quicunque ideomate baptisetur. non debent ponni a propria tribus personis. sed expressa nomina personarum. Similiter loco baptizorum non debet dici immersio vel intingo. Secundum est ablution per elementum aquae in toto corpore vel saltu in digniori parte. Tercium est quod immersio illa fiat ab uno et eodem tempore quo forma verborum exprimitur: ita quod non unus puerum immergeat. et lius verba pferat. Quartum est intentio. vel specialis vel generalis. Specialis autem intentio est: ut ipse baptizandus mundetur. Generalis autem est facere id quod facit ecclesia. Intentio quoque illius requiritur quod baptizatur si est adultus. quia qui in uiti baptizantur non recipiunt sacramentum. Quin tum est fides ipsius baptizandi. quod in ad-

ultis requirit fides propria. sed in parvulis aliena. quia parvuli in fide ecclesie baptizantur. Baptismus meritos in aqua et in inolio liquore. quia cum homo per peccatum primi parentis incurrit immunem et ignoratiam et concupiscentiam: per baptismum ab his tribus malis liberatur et hoc notatur in proprietatibus aquae. scilicet puritate. perspicacitate. et frigiditate. Nam baptismal aqua sua puritate nos mundat. sua perspicacitate nos illuminat. atque sua frigiditate nos ab estu concupiscentie temperat. Item baptismus sit in aqua ne quaquam inopia excusaret. et ne propter defectum periculum salutis homines incurriterent si in aliquo liquore fieret: et ut apud omnes inueniatur communis materia baptizandi.

**T**riplex est baptismus. scilicet fluminis. sanguinis. inter haec est talis difference. Baptismus fluminis a tota pena liberat et a culpa. et gratiam in habitu inservit: et characterem imprimet. Baptismus sanguinis delet culpam non semel tantum: sed plures. et habet gratiam in usu in quo consistit meritum. Baptismus sanguinis liberat ab omni temptatione. et confert statim premium. quia proprium est maritum. statim euolare. Ex his partibus quis sit melior inter hos baptismos. quod se habent ut excedentia et excessa. In baptismo quoddam est sacramentum tantum. ut ablution exterior. Quoddam res tantum: ut gratia interior. Quoddam res et sacramentum: ut character. Octo sunt de solennitate baptismi quod sunt de substantia. Unus versus. Sal. oleum. crisma cereus. crismale. salina. Et virtus baptismatis ista figuratur. Hec cum patrinis non mutant esse: sed oriuntur. In quatuor locis baptisandus in ungitur. scilicet in fronte: ut simile publice preserset. In vertice: ut agenda subtilius in eo intelligantur. Inter scapulas: ut ingum Christi suauius portetur. In pectore: ut dulci corde de diligat. Baptismus sicut institutus: Materialiter quando baptisatus est christus. Formaliter quando dicitur. Ide docete omnes gentes. Finaliter: quando ait nicodemo: nisi quis renatus fuerit ex aqua. Effectus quando christus passus est. Effectus baptismi multiplex est. Primo ad sacramenta preparat. quia

Quod sit de substantia  
Baptismi  
Materialiter  
Forma  
Invenit  
Intencionis  
Locus

Quod sit effectus Baptismi  
Hoc enim me tenet

Quod sit origo

Tertius baptismo

Octo de solennitate

Venienter Baptizandi

Quando autem fit in pri  
mario

## Liber sextus

Carbo agn  
Froci impudicis f Ecclisiam

baptismus est ianua. et sacramentū intran-  
tū. A p̄tō mundat. quod signatum est in  
marī ubrorbi submersiūt egyptū. Nota  
autem q̄ in baptismo deletur originalē cul-  
pe macula. Fomes vero non tollitur: sed  
remititur. Nam relatait Unde puer in-  
dūt ueste candida. Rationalem vim a-  
nimē illuminat: unde ponitur salī ore pue-  
ri. Concupiscentiē ad bonū inflamat.  
vnde datur candelā puerō. Irascibilem cō-  
fontat. vñ israel vicit amalech post transiū  
maris rubri. gratiam tribuit. quod signat  
p̄ colubā: que sedet super christum bapti-  
satū. Characterem imprimit. hoc signat  
per mare vitreū in apoca. Fomitem miri-  
git quod signat aque frigiditas. Lōmūi  
onez ecclesie prestat: sicut iere. Circuncisio  
quamvis sanctificatus fuerit in utero. A  
satisfaciōe exteriori liberat. quia baptism⁹  
non requirit gemitū nec plāctū. intelli-  
ge exteriorē. Nam interiorē exigitur in ad-  
ulto scz contritio. potestatem diaboli mi-  
nuit. quod signat exuffatio. Iauā celia  
perit. quod signatur. q̄ christo baptizato  
aperiunt celī. Notādū autē q̄ passio xp̄i  
aperiuit ianuā paradisi p̄ causam meritorii  
am et satisfaciōe generalē. Baptism⁹  
autē aperit p̄ causam efficientem singulare. Facit enī istum singularez euolare. Os ad laudandū. aures ad audiendū aperit. vñ deponitur salina in ore et in aure pueri. Templū christi efficit. Unde dicit bapti-  
sato. cxi immūdespirū: et da locū adueniē  
tispiritus sancto. Laudabilem corā dōred  
dit. Unde balsamus est in crismate. So-  
lent pueri baptisandivq̄ ad pascha et pen-  
the: nisi v̄rgeat necessitas: vel timeat peris-  
cūlum: reseruari. ad signandū q̄ in bapti-  
smo fit resurrectiō spūialis. et q̄ gratia spūis  
sancti datur. Baptismus christi et iohā-  
nis conuenient in materia et modo mer-  
gēdi. sed differunt in forma. quia baptism⁹  
iohannis tradebatur in nomine venturi.  
Differebat etiā in effectu. quia baptism⁹  
christi iustificat: iohannis non. Item in si-  
ne. q̄ iohānis baptism⁹ assuefecit ad bap-  
tismū christi.

Decathecismo et exorcismo  
Capitulum IX

Albecismus et exorcismus tamq̄  
preparatori p̄mittuntur in baptis-  
to: vt in ipso grā efficacius opere  
tm. Tribus de causis albezim⁹ in/  
stitutus est. Primo ppter instructiones de  
articulis communibus ad fidei suscep-  
tionē. Secundo ppter responsionē ad fidei p/  
fessionē. Tercio ppter sponsiones ad fidei  
obseruationē. q̄ vero adultus peccatiū p/  
rium habet. et per se respondere potest re/  
quiriūt hec ab eo. parvulus autē. q̄ nō  
habet peccatiū actualē. nec p̄ se credere po/  
test: requiriūt hec ab eo p̄ vicariū qui pro  
ip̄o responderet ad fidei obseruanciam. Ex-  
orcismus ideo statutus est: vt a baptisā-  
do potestas diaboli pellatur. Nā ppter pec-  
catum hoīs diabolus potestatē accepit in  
hominē. et iam in illa q̄ conueniūt usū  
homīs. Vñ tam adulti q̄ parvuli exorsa-  
ri debent ad expulsiōnem tam noxie pot/  
statis

De confirmatione.  
Capitulum X

Confirmation sacramentū est pug-  
nantium. De substantia confir-  
mationis sunt sex. duo ex parte sa-  
cramenti in se. scz materia crismatis. et for-  
ma verborū quæ talis est fm morez magis  
cōmūnem. Signo te signo crucis. confir-  
mo in carissimē salutis. in nomine patris et  
filii. et spiritus sancti. Amen. Duo ex parte  
ministri scz dignitas pontificalis. et inten-  
tio debita. Duo ex parte suscipientis. scz.  
frons: i qua debet fieri crismatizatio. et q̄  
confirmandus sit baptisatus. Vñctio  
crismatis triplex sit in tribus sacramētis.  
quoz diversitas in fine accipitur. In bap-  
tismo sit in vertice: ad signādū fidei su/  
ceptionem. quia vertex est locus cellulara/  
tionabilis. In confirmatione sit in fron-  
te: ad signandū audaciam confirmationis  
cuius impedimentum est timor et verecun-  
dia. que specialiter manifestantur i pallo/  
re vel rubore frontis ex p̄spicuitate cellu/  
le imaginis. In ordine sit in manib⁹  
ad signandū potestatem consecrādi sacra/  
mentum dominici corporis. Unius sacra/  
menti mltiplex est utilitas. q̄ gratia in bap/  
tismo data confirmat. Psal. Confirmab de-

Secundū Capitulū  
Tertia

Quarto Capitulū  
Tertio et Quarto

Et p̄ se secundū  
Tertia  
Pentecostē  
Et tertiū  
Tertio  
Et quartū  
Cifratū  
Et quartū  
Tertiū  
Baptizatio

Deem p[ro]m[iss]o offertus Corin  
macrom

## Liber sextus

quod operatus es in nobis: id est in baptismo Ad miliciam sp[irit]ualem preparat. Vn confirmandi tamq[ue] pugiles pugnatur in unguntur: ne ab inimicis defacili teneantur. et quia omnes christiani i[nt] bello christi esse tenentur. p[er]t[er]ea et omnes hoc debet reci pere sacramentum ut facilius possint contra m[od]um carnem et diabolum pugnare. Ad confirmationem constantem nomis christi ani mat. quoniam oportet verum deum et verum hominem consideriter. Primo ut confiteamur eum secundum diuinam naturam patri et spiritu sancto coequalem. quod notatur in formaverbo rum ubi sit expressio trinitatis. Secundo ut confiteamur eum secundum humanam naturam crucis supplicium perituisse. quod notatur in crucis consignatione. Intrus et extra spiritu alio de core nos ornat. Intrus quidem per conscientie puritate. sed extra per odorem bone fame et hec duo signant in crismate quod confi citur ex oleo. p[er]ter primum. ex balsamo p[er]secundum. In bonis agendis et malis sustinendis roboretur. dat enim spiritus sanctus ad robur. In confirmatione anima et cor per armat. anima quidem per impressionem characteris contra pusillanimitatis vicuum. Corp[us] vero armat per clipeum crucis contra insulam demonum. Contra verecundiā et timorem nostrum christi. et confessione audaciam prestat. primū notatur in crismate defortis que locus verecundiæ. secundum in potestate ministri. Post pugnam corbat quod notatur invitta que circa caput confirmationi ligatur. Quedā sunt circa confirmationem que non sunt de sacramenti esse. sed de bene esse. ut sunt hec. q[uod] ieunis a ieiuno detur. q[uod] aliquem epo p[re]teret. q[uod] et p[re]in efficit. q[uod] virtus capiti circuligetur. Per isto sacramentum sunt fideles pleni christiani plenitudo dico copie. qui tamē i[nt] baptismō pleni facti sunt plenitudine sufficientie. Sacra menta habent se in dignitate ut excedentia et excessa. Haec eucharistia preeminet in eē. baptismus in effectu. matrimonius in mysterio. Signat enim coniunctionem christi et ecclie. Confirmatione in dignitate ministri. q[uod] non confertur nisi ab episcopis penitentia in frequenti peccatorum remissione et sic de aliis sacramentis.

De sacramento eucharistie

### Capitulum XI

Sacramenta se h[ab]ent p[er]ficiendis  
Tetragra[ma]

Eucharistia est sacramentum chariae 91  
tatis tam diuine quam nostre. q[uod] deus in hoc sacramento magne dilectis nobis signum ostendit: et nostre dilectionis affectum per idem sacramentum specialiter erga se inflammat. De substantia huius sunt quatuor. Primum est: q[uod] consecrans eucaristiam sit sacerdos. Secundum est species panis et vini. Tercium est intentio consecrantis. Quartum est forma verborum hec videlicet. hoc est enim corpus meum. Et ista sup calicez. hic est enim calix regis. Ad intelligentiam ista plenius: Nota circa intentionem: q[uod] aliud est intentio. aliud actione. q[uod] intentio semper est necessaria: vel species vel generalis: sicut dicitur est de baptismo. Attention autem non est de substantia: sicut quando rapitur mens in prolatore verborum ad aliqua. Quod quoniam contingit ex infirmitate. quandoque et negligenter vel incuria: et tunc peccatum est. Scientia preterea: q[uod] non solum requiritur intentio consecrantis: sed etiam intentio illud sacramentum instituentis. Vnde si aliquis sacerdos staret in foro: et super omnes panes proferret formam verborum: et cum intentione conscreandi: ibi non fieret transubstantiatione. et hoc non est. p[er]ter defectum virtutis verborum: cum sacerdos una vice consecrare posset tot hostias: q[uod] toti mundo sufficerent: si esset necessitas ecclesie. sed est p[er]ter defectum intentionis illius qui hoc sacramentum instituit: qui non intendit q[uod] cum tali ludibrio vel stulticia fieret consecratio: sed pro utilitate et necessitate ecclesie generalis vel particularis. Circa formam quoque verborum scientium: q[uod] cum dicitur. hoc est enim corpus meum. Ista coniunctio: enim non est de substantia forme: sed de bene esse ipsius: unde obmitti non debet. Aliud namque est forma necessaria: sine qua non potest transubstantiatione fieri. et aliud est forma debita: sine q[uod] non debet fieri. Eodem modo de speciebus vini et panis. Unde notatur q[uod] materia eucharistie alia est necessaria. alia debita est. Materia necessaria eucharistie panis fermentius sine qua non potest fieri consecratio. Materia vero debita est: q[uod] panis ille sit alius. q[uod] licet fermento possit perficitur sed non potest fieri duplice de causa. Prima causa

12 Quarto exponit  
Eucharistie

Intentione actionis est non  
attentione

Intentione quod non est in  
consecratio

In affirmacione  
non est

De formis et materialibus  
necessariis et debitis

72

# Liber sextus

H. S. in folio gre

est q̄ panis assimilis congruit institutioni Christus enim dedit discipulis suis corpus suum consecutū in tali materia. Secunda causa est quia talis panis conuenit etiam signato. Christus enim sine oī sermēto peccat fuit. Similiter dicendū est de materia calicis. quæ alia est materia necessaria alia debita. Materia necessaria calicis est vīnū. quia sanguis christi nō potest i materia alia confici q̄ in vīno. Materia vero debita est q̄ aqua vīno miscetur. Et hoc dupliciter. Primo. q̄ talis materia conuenit institutioni. Christus em̄ sanguinem suum sub specie tali dedit. Secundo: q̄ talis materia etiam conuenit signato q̄ eccl̄ia que per aquam signatur: christo p̄ fidē et charitatem iungit. Scidē p̄terea q̄ in aeto et in agresta non conficitur: q̄ acetū nō est vīnū sed fuit. sicut etiam agresta nō est vīnum sed erit. In cōfessione sanguinis tamē modis cum aqua debet misceri vīno: q̄ absorberi possit ab illo: alioquin impeditur cōsecratio. scz. si vīnū ab aqua vincitur. Istud designat: q̄cū ad christū pertinetur non ipse in nos. sed nos in ip̄z mutantur. q̄ corpori suo misticō incorpamur. Si vīna gutta vīni imponitur ex aliqua negligētia sanguis non p̄ter hoc desinit esse sanguis. Neq; p̄ter admixtionem sanguis in sanguinē mutatur: sed utraq; species in sua natura permanet. Sed si multis de vīno ponitur ad vīna gutta sanguis sicut q̄nq; sit in ablutione: tunc ibi definit esse sanguis. q̄ species vīni illius gutta sub qua est sanguis absorberit a multo vīno adiuncto. Circa eucharistiam quoddā est sacramentum tantū vi species panis vīni. Quoddā est ibi resonantia: vt corpus christi misticum. Quod/damēst ibi res et sacramentū. vi corp̄ christi vez quod traxit de virginē. Illud est ei res primi: et sacramentū secundi. Sub utra q̄ sp̄e christus totus est indivisius. corpus scz et anima et deus. ac per hoc utrobiq; est vīnū et simplicissimum sacramentū. Sub specie namq; panis est corpus christi p̄ conuerisionem. et sanguis p̄ connexionem. et anima p̄ coniunctionem. ac deitas pervincione. Ista enim quatuor non p̄nt diuidi nec ab invicē separari. Eodem modo dicendū est de sanguine. P̄terea sicut etiam christus est in tota spe/

cie: q̄ in qualibet eius parte sive species illa sit integra: sive diuisa. ac per hoc nō est ibi circumscriptus vel occupās locū. vel habens situm. vel perceptibilis p̄ aliquem sēsum corporē. Exemplū huius habemus in speculo. quod si diuidas in multas partes: in qualibet apparet imago q̄ prīns apparebat in integrō. Item exemplū est de monē: q̄ multo recito. q̄ quilibet auditor recipit illū totū. Unde quis sermo sit vīnicus in p̄ferente: totus tñ est in qualibet audiente. Hostia frangit in tres partes ppter multas rōdes. Primo ppter tres planas divinas in vna cōntū. sicut tres partes in divisione hostie: vīnus tamē christus. Secundo ppter status ecclesie scz militantiū triumphantium: et in purgatorio ardētiū. Tercio ppter tres stat̄ christi: quib; fuit mortal: mortuus: et immortal. id. Quarto ppter tres partes in corpore dñi tpe passionis. scz manus. et pedū et lateris. Quinto ppter tres substantias in christo. scz deitas. aie. et corporis. Sacramētū corporis p̄figuratū est multipliciter. scz. in oblatione. melchisdech. i. qua figura habem⁹ formā exteriorem sacramenti. et primū effectus. refectio. ibi ei p̄cessit figura spūialis refectionis in pane: et vīno. In eucharistia vero est refectio spūialis vite. Item in manna ybi figuratur effectus grē. Item in agno pascali: quo signabatur liberatio a servitio egyp̄tiaca. Item noster agnus est signus liberafōis a diabolo. Item in diversis saeculīs. de quibus habetur in Lxx. q̄b; figurabatur oblatō passionis christi. Ubi fuit hostia quoad reconciliacionem. et vici ma quo ad satisfactionem p̄ peccatis nřis et holocaustū: quoad totius corporis sui lesionem. In oblatō manne. bequa legit. Iudei. p̄ quam signabatur in quo debet fieri oblatio: et super quā. q̄ in fide ielūxpi qui p̄ petram designatur. In virga ionate mellica ybi figurabatur q̄s offerre debet. q̄ Jonathas. Per faūū autē mellicis designatur deuotio offerentis. Figura sanguinis christi fuit vīnū: ad designandā refectō Lanti. Introduxit me rex in cellam suam. Item aqua ad designandā ablutionem. Unde. Vidi aquam egredientē. Item sanguis ad designandū redemptōem. Hebre.

Corpus p̄ Converſionem

Sanguis p̄ Connexionem

Animus p̄ Coniunctionem

Dominus p̄ Vincionem

Multiplex et figurata oblationis

metamorphosis  
et transformatio  
spēce

# Liber sextus

Sine sanguinis effusione non fit remissio  
De dignitate eucharistie et mirabilibus  
in ea. Capitulum XII.

**D**ignitas et excellentia huius sacrae  
meti appetet in multis modis, quia  
sicut iam predicatum est iam an legem: quod  
in lege fuit figuratum. Secundo: quod a prophetis  
prognosticatum est. psalmus: Panem angelorum manus  
ducauit homo. pterius ponit pro futuro. pro  
pheticis certitudinibus. Tercio: quod a christo instruimus.  
